

Ode XII. v. 5. Ἡ μᾶλλον ἔρδοθεν] *Vin' tu interiorem aliquam tui partem resecem, ut linguam, scilicet, etc. non solum τὰς ταρσάς, quibus ademtis, molesta et loquacula etiam esse posses.*

Ibid. v. 7. Ἐκεῖνος] *Ille in theatris decantatus, Ille tibi sua immanitate nimis, ah nimis! notus. Ea enim vis est τὸς ἐκεῖνος, quod ipsum et Latinum Ille valet. Hic ILLE est: Terentius, alii.*

Ibid. v. 9. Τπορθρίασι φωναῖς] Virgil. *Et matutini volucrum sub culmine cantus. Locum ex Diodoro illustrem emendabo lib. XIII. p. CCX. Ibi legitur: Ο δ' Ἰμίλκας ἄμα τῷ φόβῳ δύναμιν ἐντὸς τῶν τεχῶν παρεσταγαγών, σχεδὸν ἀπαντας τὸς ἐγκαταλειφθέντας αὐτοῖς λεγεν. Vno verbo dicam, legendum est: ἄμα τῷ ὄφει φέρων. Ita enim rei gestae ratio postulat. dein ἄμα φόβῳ Graecum non est, sed σὺν φόβῳ.*

Ibid. v. 10. Ἀφήεπασσας βάθυλον] Eiusdem φαντασias est, quod in admirabili illa Horatii Oda legitur, quiae libro quarto auspicium facit: *Nocturnis te ego somniis Iam capitum teneo: iam volucrem sequor Te per gramina Martii Campi, te per aquas, dure, volubiles.*

Ode XIII. v. 1. καλὴν κυβῆβην] *Kαλὴ Graecorum, vbi de diis agitur, Latinorum Alma est. Non possum facere, quin ex Heiychio mendum obiter tollam: Κυβικὸς, inquit, ὁ κατεχόμενος τῇ μητρὶ τῶν θεῶν. κυβηλικὸν τρόπον. Lege ΚΥΒΗΒΟΣ. Quemadmodum enim qui spiritu Bacchi erant attoniti, ii Βάικοι, mulieres autem Βάικαι dicebantur, (vnde ὑπόβαικος apud Philostratum p. DII. edit. Parif.): ita qui Cybeles seu Cybebes furore correpti erant, Κύβηβοι dicebantur. quod et analogiae ratio, et Euſtathii auctoritas p. MCCCCXXXI. edit. Rem. probant: ἦ, (loquitur de Cybele) φασίν, ὁ κατεχόμε-*

CATAT

χόμε-